UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

4. De fragilitate hum. vit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

& quidem de tota vita, vota edit, elee-
ſynas in pauperes profundit.

MEDITATIO IV.

De miſeria fragilitatis humanæ naturæ.

CONSIDERA vitam noſtram non tan-
1. tum eſſe breuem & incertã ſed etiam
fragilem multiſque periculis expoſitam
ſic vt vitrum non ſit fragilius. Peſtilens o-
dor, infectus aer, ſol feruentior, hyems
acrior ſæpe vitam nobis eripiunt, non ſo-
lum infãtibus & pueris, ſed etiam viris. Si
rogaris, cur iſte vel ille obierit? Reſponſio
in promptu eſt. Ex hauſtu aquæ frigidæ,
quã ſupſit auidius, ex potu vini quo ſe ob-
ruit, ex nimio dolore, vel terrore, ex ſpi-
na hærente in gutture, ex ictu ſerpentis,
demorſo digito a fele, &c. 2. conſidera di-
ctum Iſaiæ de hac materia: *Vox dicentis, in-*
Iſ. 40. quit *clama: & dixi, quid clamabo? Omnis*
caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos
agri. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos,
quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo. Quæ
Lib. 3. enim firmitudo in carne? ait in illa verba
Hexa. Ambroſius, quæ ſalubritas poteſt eſſe diu-
c. 7. turna? Hodie videas adoleſcentem vali-
dũ, grata ſpecie, ſuaui colore, craſtina die
tibi

tibi facie & ore mutatus occurrit, Hodie nobilis & diues triumphat, cras in carcerem rapitur.

Cõſidera eandem fragilitatem, quæ eſt 2.
in corpore, cerni etiam in anima noſtra? 2.Co.
vnde D. Paulus ſcripſit nos theſaurum, nẽ- 4.
pe gratiæ, geſtare in vaſis fictilibus. Tam enim multa ſunt in hoc mundo pericula lapſus, tot ſunt vbique laquei à mundo, carne, & dæmone ad irretiendas animas
diſpoſiti, vt Propheta dixerit. *Pluet Deus ſu-* Pſ.10.
per peccatores laqueos. Quos aliquando in
viſione conſpiciens S. Antonius exclama- *Athã.*
uit. *O Domine, quis tandem euadet omnes* *in vita*
iſtos laqueos? Hinc eſt, quod tot animæ pereant quotidie, ſic vt B. Bernardus non vereatur dicere, ſicut ex decem nauibus in Oceano vix vna in portum peruenit ſic ex decem animabus vix vnam loqueos mundi euadere, & ad vitam æternam peruenire. Nec in cœlo ſecuritas fuit, vnde cecidit Lucifer cum tot angelorum millibus. Nec in paradiſo, vnde expulſus eſt Adam cum Eua, nec in ſchola Chriſti, in qua periit ꝓ-ditor Iudas, nec in primo cætu Chriſtianorum, in quo Ananias cum Sapphira extinctus eſt, vt diſcas te, etiãſi in ſanctiſſima religione viuas, necdum eſſe ſecurum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

8. Conſidera cauſam cur Deus tam frag-
lem humanam vitã eſſe voluerit, nempe
vt ea ob oculos poſita citius à peruerſa vi-
ta reſipiſceres: quod enim alius eſt inter-
ſtitium inter te & tartarum, niſi caduca &
fragilis iſta tua vita? quę hodie florés, cras
forte exareſcet? Quod vt melius intelligas
imaginére tibi te videre hominem aliquẽ
è tenui filo pendentem, cui ſubiectus ſit
puteus profundiſſimus: & cogita quanto
ille in metu ſit, ne filo rupto in illum cor-
ruat: quid nõ offerat, vt periculo illo eri-
matur? In non minori ruinę periculo, imo
maiori eſt, quiuis homo exiſtens in pecca-
to mortali, filo n. vitæ ſemel rupto cor-
ruet in puteum altiſſimum inferni, in
flammas perpetuas è quibus nunquam
emerſurus eſt. Quis vero in tanto peri-
culo luxuriari, voluptati indulgere, ridere
queat?

MEDITATIO V.

De miſeria inconſtantia vita hu-mana.

1. CONSIDERA vitam humanã illam quo-
que habere miſeriam, quod mutabilis
ſit.